



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Iacobi Bidermani E Societate Iesv Vbaldinus Sive De Vita  
& Indole Antonii Mariæ Vbaldini Vrbinatis, Monteæ  
Comitis, Breviarivm**

**Bidermann, Jakob**

**Fribvrgi Brisgoiae, 1663**

Precandi studium. 15

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44891**

domo denique aut cubiculo pe-  
dem foras efferret, nî sui custo-  
diam (qua tum egere se cum  
primis sciebat) per idoneas pre-  
ces cælitibus commendasset.

## XV. Precandi studium.

**E**Xigunt Seminarij leges, vt  
adolescentes, æquè cum cubi-  
tu surrexere, ac Vespere cubitum  
concessuri, partem horæ, aut  
gratijs Deo soluendis, aut depre-  
candis noxijs impendant: &  
præunte cubiculi præfecto, cō-  
ceptas preces vñā omnes clare  
pronuntient. Antonius cetera,  
cīm leges iuberent, nusquam  
postremus; hic se etiam ipso pri-  
or, excitatiorq; tempus occupa-  
re; & in loco semper submissis  
genibus, dum alij super alios ve-  
nirent, præstolari; ita quidem

composito corpore, ut nullo in-  
terim fulcro nixus; sed os ocu-  
losq; aut humi modestè, aut in  
obiectæ crucis imaginē, piè de-  
fixus, signum exspectaret. Ocu-  
los enim senserat, nisi vis adde-  
retur, animo duces esse ad eu-  
gandum; & plerumque tumultuari mentem, cum sua sensibus  
quies abesset. Qua ex re, hunc  
ferè fructum adolescens refere-  
bat, ut precum tempore, cæle-  
stibus delicijs inundatus, ardere  
semper videretur, atque maio-  
ribus in dies voluptatibus cap-  
tus, non permitteret, ne hilum  
quidem præscripti temporis de  
studio tam diuino interire. Su-  
e tamen illi præter cetera fuit,  
quoties effundere se latissimè in  
laudes Matris Virginis, eique o-  
peram præstare officij horarij

cum

cum sodalibus licuit. Quos ipsos  
si quā officio defuisse comperis-  
set, aderat in tempore, sequ' illis  
commode ingerebat; & quō pē-  
sum intermissum ipsi libentins  
conficerent, suum vltrō cum illis  
integrè repetebat.

*XVI. Meditandi institutum.*

**H**oc tali studio, cum Anto-  
nius diū se multūmque ap-  
probasset, visus alijs peridoneus  
est, qui paullatim ab his vulgi  
rudimentis ad altiūs orandi ge-  
nus duceretur. Id sibi negotium  
sumfit | Pater ille, quem Anto-  
nio præfectum præfides dedere.  
Franciscus ei Lanfrancus nomē:  
Iam!cum Indiae" candidatus; nec  
multo post, ad AEthiopas Chri-  
sto afferendos, cum socijs dimis-  
sus. Ab hoc vt forte per collo-  
qui-